



**D. DIONYSII || CARTHVSIANI, DE || DOCTRINA ET REGV-||lis  
vitae Christianæ**

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, 1577**

**VD16 D 1959**

De septem meditandis secundum te[m]pora certa 6.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60177)

508 D. DIONYS. CARTH.

& gratiam præcordialiter, perseveranterque imploret: neq; in incepto virtutum studio fatigatione succumbat, neq; aduersitatibus cedat: sed fortiter, fiducialiter, atq; constanter laboret.

*De septem meditandis secundum  
tempora certa,*

*artic. VI.*

**N**ON sinit præsentis vitæ status vni cogitationi semper mentem nostram insistere, neq; possibile est contemplationi ac dilectioni Dei iugiter sine interruptione intendere: sed voluit atque dilabitur aia de uno in aliud. Ideoque plures ei diuinæ meditatiōes imprimendæ sunt, & non solum unum, sed oia quæ ad salutē pertinent, charitatemq; promouēt, vel timorē inducunt, in præcordijs nostris scribenda sunt, atq; firmissime infigenda, quatenus dum mens ipsa ab una cogitatione salubri auertitur, ad aliam aliquā bonā protinus conuertatur, quēadmodū sacerdotalia corda ab una cogitatiōe iniqua ad aliā cadunt. Deniq; ex consideratione multorum, quæ ad salutē pertinent,

*Plures diuinorum saluterrimæ nuditaciones statuendæ.*

tinent, amor Dei amplius in aīo inca-  
lescit ac stabilitur, & ob id plura me-  
moriter atq; solilitē intuenda sunt, q  
ad puritatē & salutē proficiūt. Nam &  
vicissitudo ista cogitationum, ipsi aīe  
propter recessum eius a diuina simpli- *Alteratio*  
citate & immutabilitate naturalis est suadetur ex-  
atq; iucunda. Est in super vtilis, q a cito erciliorum.  
fatigatur mens ipsa, si vni cogitationi  
stet diu intenta. Non tñ confusè, & in-  
ordinatē meditanda sunt hæc, sed vni-  
cuiq; diei, horæ, ac tēpori proportio-  
nanda ac deputanda est meditatio ei  
magis conueniens. Septem itaq; sunt,  
qua (vt mihi videtur) salubriter mēti  
imprimuntur, & vtiliter cogitantur.  
Vtpote, gloria cœli, mors, beneficia  
Dei, iudicium tam singulorum q oīm,  
pœna inferni, passio Christi, & pro-  
pria peccata atq; defectus. Horum ali-  
qua charitatem inflammant, scilicet  
gloria cœli, beneficia D E I, & passio  
Christi. Alia verò timorem efficiunt.  
Omnia autem mentem custodiunt, &  
a malo præseruant. Poterit de his sep-  
tem, secundū septē dies hebdomadæ so-  
lennior haberi memoria. Ut die domi-  
nica principaliter versetur memoria,  
in contemplatione felicitatis cœlestis,

y 3 feria

510 D. DIONYS. CARTH.

feria secundade morte. tertia de bene  
ficijs Dei, quarta de iudicio, quinta de  
inferno, sexta de passione, sabbato de  
peccatis. Nihilominus vnu quodq; i-  
storum quolibet die cogitari potest, i-  
mò & debet, præsertimq; passio Chri-  
sti, sed propter causam industram quo-  
libet die præcipue occupanda est ani-  
ma in vno istorum.

*De quotidiano profectu, & optimo  
fructu exercitiorum no-  
strorum.*

*Articulus VI.*

I. Ioan. 3.



Vritati cordis visio Dei, que  
est tota merces essentialeque  
præmium. correspondet, sed  
& charitati debetur visio  
Dei, & quo ardentius modò diligi-  
mus, eo postmodum clarius Deum vi-  
debimus. Vnde constat essentialiter  
idem esse, dilectionē Dei, & puritatē  
mentis. Nempe puritas animæ quædā  
præsupponit atq; includit, sine quibus  
nec vera charitas haberi potest, puta  
expulsionem peccatorum ac reforma-  
tionem passionum, saltem secundum  
aliquem gradum. Perfecta vero dilec-  
tio, puritasque perfecta, perfectam  
quoque